Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Dm Dñica infra octauam nat̃ d·s·ad·s·maria
medio silentium teneret dia et nox in suo cursu me
dium iter haberet omnipotens sermo tuus dñe de celis a re
galibus sedibus venit ps Dñs regnauit decorem indutus
est indutus est dñs fortitudine et precinxit se virtute or
Omnipotens sempiterne deus dirige actus nostros in
beneplacito tuo ut in nomine dilecti filij tui ad
mereamur bonis operibus habundare Ad galatas
Fres Quanto tempore heres parvulus est: nihil
differt a seruo cum sit dñs omnium sed sub tu
toribus et actoribus est usque ad prefinitum tempus
a patre Ita et nos cum essemus parvuli: sub ele
mentis mundi eramus seruientes At ubi venit
plenitudo temporis misit deus filium suum natum
ex muliere factum sub lege ut eos qui sub lege
erant redimeret: ut adoptionem filiorum re
ceperimus Quod autem estis filij dei: misit spm filij
sui in corda nra clamantem abba pr Itaque iam non
est seruus sed filius Quod si filius et heres per
deum Gr Speciosus forma prij hominum diffusa est gra
tia in labijs tuis V Eructauit cor meum verbum bonum dico
ego opa mea regi lingua mea calamus scribe uelociter
scribentis Alleluia V Dñs regnauit decorem indutus
est indutus est dñs fortitudine et precinxit se virtute:
Sit·t· Erant ioseph et maria Sdm Lucam
mater iesu mirantes: super his que dicebantur
de illo Et benedixit illis Symeon: et dixit ad
mariam matrem eius Ecce positus est hic in
ruinam et resurrectionem multorum in israel:
et in signum cui contradicetur Et tuam ipsius animam
pertransibit gladius: ut revelentur ex multis